

COMPENDIOSA RELATIO VITÆ EXI,

MIAE SANCTITATIS VIRI, Fr. LVDO-
VICI BERTRANDI SACRI ORDINIS PRAEDI-
catorum Anno 1608. à SS. Domino PAULO, di-
uina prouidentia Papa huius nominis V.
beatificari, cum rescripto Beatifica-
tionis. Summarie col-
lecta

PER Fr. COSMAM MORRELLES, SS. THEOLO-
gia Magistrum, eiusdemque Ordinis in Gymnasio conuen-
tus Prædicatorum Colonia Regentem & Pro-
fessorem.

NON fuit intentionis nostra, quod te primum,
Pie Lector, admonere volumus, quis qualisque
toto vita cursu B. Ludouicus Bertrandus fue-
rit, praesenti sermone commemorare: sed nec si-
la quidem, quorum certam & indubitatem no-
titiam non super aliunde accepimus, sed in illis ipsis locis, ubi
Sanctus vir diu vixit, iam pridem haec sumus, tam compendio-
so operi potuerunt omnia inseri. Est enim vita B. Ludouici non
uno vel altero tantum insigni facto conspicua, sed plurimis e-
ximiis sanctitatis exemplis, innumeris preterea, que per eum
Divina virtus operata est, in vita & post mortem, miraculis
illustrata, ut proinde magno volumini scribendo copiosam ma-
teriam subministret. Ex multis igitur pauca collecta hic enar-
ramus, sed talia nihilominus, ut ex illis liceat pio Lectori et ce-
rorum magnitudinem & præstantiam aliquo modo estimare:
quod facies utique multò certius ac securius, si ex impressa fronte
tu hu-

tibuius pagina figura externum Beati vultum quis metiatur
quam et si archetypo suo non unde quaque nouerit conuenire,
tamen quia excerpta est ab illa imagine, quam sanctus vir ip-
sem et menti ac memoria mea impressit (vidi enim adhuc vi-
uentem sepe gloriosè concionantem audiui) etiam illam, qua
hic apponetur non indigna iudicavi. Fuit Ludouicus Bertrā-
dus natione Hispanus, honestis admodum & honoratis paren-
tibus, Ioanne Bertrando & Ioanna Angela, Valentiae que coro-
na Aragonum florentissima & amplissima ciuitas est, natus: e-
ius familiam propter egregias virtutes, & excellentiam Ber-
trādorum erga se merita, singulari munificentie genere Ress.
ad patritiorum gradum euexit. Ablutus autem fuit eodem ba-
ptismatis fonte, in parochia S. Stephani, quo ante ipsum D.
Vincētius ille, cuius voce ceu angelicatuba & Apostolicis pra-
dicationibus totus ferè Christianus orbis quondam personuit.
Modestia verò animi singulari & pietate erga Deum sincera
& constanti tanquam præcipuis dotibus ab ineunte etate flo-
ravit: ut iam cum parentes alij q̄ magnum aliquid & excellens
de illo sibi pollicerentur. Humanioribus deinde litteris imbu-
tus, ut mundanos laqueos & pericula declinaret, Prædicato-
rie familie nomen dedit, in qua promptè semper humiliter q̄
obediendo, macerando plus quam credibile sit, carnem, incibo-
porūq̄ summa pareitatem seruando, in breui imitatione omni-
um & admiratione dignus euafit. Consecratus tandem sacer-
dos admirabilem planè vim ac gratiam in exponēdo Dei ver-
bo nactus est: erat q̄ illius sermo, neglecta specie verborum in-
ani, præcipue ad permouendos audientium animos compara-
tus, at q̄ ita efficax & potens, ut etiam durissima quæq; corda
illuc cederent.. Postquā verò his alijs q̄ sanctis exercitationibus
virtutē in se stabiliuisset ac perfecisset maiora ac difficiliora
qua ad certamina aggredi cupiebat, quorum desiderio obtēta à
superioribus licentia, occidentales illas regiones, quas India
noscant, in quibus nouū Christo populu acquireti nouerat, petiye-

Ibi continuae afflictiones, labores, pericula, iniurias sufficiens.
illius gentis salute recuperanda, Christus ethnici euangelizans, maximam infidelium multitudinem ex superstitione ac errore
ad veritatem pertraxit. Nec mirum: ut potest cuimus doctrinam
signis ac miraculis evidentissimis sapientissime Deus dignabatur
comprobare. Relictis alijs quam plurimis duorecusebo a modum illius
striae. Cum quodam die in loco, ubi maximo numero infideles ad eum
audiendis conuenerant, Euangelicum illis vestitam annuntiaret,
et illi non aliter eius se verbis credituros dicerent, nisi quod illi
darent efficacissimum venenum bisisset, et insuefides testimoniū
in columnis evasisset, illegatus oppidum tamen opportunam sibi glorificandi Deum occasionem datam, hanc intrepide oblatum.
Et sine salutis suae detimento, spiritualē plurimis eo facto salutē^{re}
acquisivit, ihs scilicet, qui huius signi evidētia committi Catholicæ
fidei articulis deinde firmum assensum præbueret. Venenum
autem illud diu retentum in corpore, rursus in forma serpentis e-
uomuit. Alio tempore infantem suum feminam quedam ad B. Ludouicū
attulit ut ab eo baptismare recipere, quod cum ille eidem cotulisset,
baptizati parés, quo ignorante id actum erat, supuenit, arrepiens
puerū, barbaro furore insanis, ex alto mōte proiecit et illis
in terrā, ita ut nullum eius membrum non communiret et confractum
esset. Quo tamquam spectaculo perculta mater cum propere una p
dolore interiret. Vir sanctus hinc inde disiectum corpusculum col-
legit et coaptauit: deinde fusabreui super idem oratione, factaque
signo crucis, integrum ac viuum matri puerū restituit. Hoc pacto
nimis plures annos in excelsa vinea Domini fælicissime la-
borauit, donec iam superioribus visum est eum ad se reuocare. Re-
deunte autem illo per mare cum multis alijs simul in Hispaniam na-
vigatoribus, quorum plerique mercatores fuerunt, tempes pericu-
losissima in mari oborta erat. Et ab omnibus salus iam penitus
desperata: cum B. Ludouicus aliorum precibus et afflictione copul-
sus, superiorē partē nauis ascēdit, infestumque mare respiciens for-
mato signo et subito trāquillū illud reddidit. Quo factum est, ut

cum ad portum Valentiniū tādem illā nauē appulissent, admodum multi ex nauib⁹ descendentes continuo ad Fratres Predicatores concursarent, quis qualisq; vir cum ipsis eō venisset ijs nūciantes. & perpeirati hāc tā celebri⁹ miraculi famam tota urbe disseminarent. Sic ergo B. Ludouicus, non peregrinis indorum mercibus, ut ceteri, onus⁹tus, sed inestimabilib⁹ laudatissimorum operum meritis refertus ad superiores suos in columis, reuersus est, siue ire nimirum siue redire illi priciperent, indiscriminatim obediens. Ex eo tempore licet etiā ante semper de ipsis sanctitate magna apud viros graues opinio extiterit, tamē multò iam latius fulgor illius se diffundere & omnibus conspicuus esse cœpit. Vnū autē in hoc Dei seruō sicut ei quasi proprium, ita valde mirandum fuit quod impendentes ac inopinatos mortis casus plurimorum, qui sibi diuinitus fuerant præmonstrati, prædixit, de ijs illos quibus imminebant præmonuit. Inter quos unus erat Reuerend. & illustris D. Ludouicus Vicus Choræpiscopus Ecclesia Cathedrals Valentine, cuius aedes duobus diebus ante diem Natale Domini B. Ludouicus accessit: & cum illum in præparandis quibusdam quæ pro instanti solemnitate erant, cum familia suis occupatum effendisset, habere se, de quibus secretō cum illo loqueretur, ei indicauit. Choræpiscopus ergo Ludouicum ad proximum cubiculum, ubi nemo erat, abduxit: ibi cum esſent, B. Ludouicus se adhuc secretiori & à domesticis remotiori in loco cum illo agere velle dixit: tunc alti r. expauescens & admirans, in partem magis retrusam domus cum eo secessit ubi cum ambo esſent, B. Ludouicus, Scito, inquit, complacuisse anima Bonitatite propediem ex hac vita euocare ad se, ut in Natali suo cum elelīs suis in cœlesti regno reficiat. Præpare igitur te oportet ad fæliciter hinc migrandum, & siquid a te tibi adhuc restat exequendum, citò expediās. Dominus ille, ii. et omnino sanus tunc esſet, tamen quia simile quippiam alii.

aliis quoq; contigisse iam compererat, nec de B. Ludouico quod
falsum diceret, suspicari poserat, sine vlla dubitatione creditit
quod ei dictum fuit. Compositis ergo celeriter neg. tuis dominis
sua, suscepit reuerenter ac so- ritè Ecclesiastica sacramenta,
mortemq; ita præmunitus expectauit. Mirantibus cunctis,
cur hoc faceret, nemini rem detexit. Inuasit igitur mox illum
febris, cuius vehementia, citò ad extrema deductus, quid sibi
accidisset paulò ante mortem, omnibus aperuit: eo peracto le-
tus è vita discessit. Simili gratia hominum quoq; conscientias
& mentis arcana introspexerat, & prout saluti uniuscuiusq;
conducebat, de peccatis occultissimis plurimos admonebat ac
reprehendebat, etiam si talia essent, qua præter authorem suū
& Deum alius mortalium nemo cognoscere potuisset: imo a-
d-huc ex iis unus Valentia vivere comprobatur, qui palam om-
nibus contestatur, peccatum quoddam, quod sibi & Deo tan-
tummodo manifestum esse poterat, & ter ipse B. Ludouico con-
ficiens propter verecundiam resicuerat, sibi in tertia illâ con-
fessione ab eo fuisse obiectum. Conuentui Valentino tribus an-
nis præfuit, utendo semper in regimine suo magna severitate
& rigore, quo minimos quoque lapsus & errata corrigebat ac
puniebat. Talis etiam fuit, dum officio Magistri Nouitorum
fungebatur, quod multos annos cum summa utilitate gesit:
Dexterimus vero in explorandis nouitorum animis, & ut
cognosceret quo quisque spiritu ductus, Religionē esset ingres-
sus, mirā industria & sagacitate conseqüebatur. Exercebat
autem illos diurnis nocturnisq; laboribus, & variis afflictionis
bus probabat, & ut molestiam difficultatemq; quotidianorum
& visitatorum onerum non sentirent, insolitis quoque & ex-
traordinarijs assuefcere cogebat. Appropinquante tandem vi-
ta termino cum in lethalem morbum B. Ludouicus incidisset,
una cum Priore & religiosis compluribus aliqui Civitatis vî-
ri illustres morienti astiterunt: ipse autem Priori alijsq; senio-
ribus

vibus religiosis Conuentus aliquot Fratres eiusdem magno af-
fectu charitatis commendabat, eosq; sanctos & potentes apud
Deum prototo Ordine & Ecclesia Cat holica intercessores esse
manifestabat: qui omnes deinde post ipsum fælicissima morte
vitam terminauerunt, quidam etiam miraculis claruerunt,
et quo numerio est Reuerendus P. Dominicus de Anadon
qui quatuor primum ab hinc annis sanctitate & miraculis ce-
lebris ex hac vita migravit. Post quam deinde sancta anima e-
gressa est e corpore, subito tota urbe Ludouici mors nunciata
fuit, & noctu ingens multitudo hominu ad canobiu confuxit.
Eodem tempore quo moriebatur supra cellâ illius magna qua-
dam claritate cælum resplenduit. Sequenti die corpus habitiu
Ordinis, ut mos est, vestitum in templo collocatum fuit, operâ
te circa illud Diuinâ Majestate multa miracula, ubi pluribus
diebus ut populi deuotioni satis fieret, mansit: interea cù nullo
artis adminiculo id fieret, suauissimum insuper odorem exha-
labat, membra omnia licet mortua mobilitatem ac flexibili-
tatem viuorum retinebant. Maxima deuotione populi ad-
huc hodie colitur, plurimq; intercessione ipsius infirmitatibus
varijs eripiuntur. Quibus rebus sibi fideliter relatis Sedes A-
postolica tribus Episcopis curâ commisit de uniuersa illius ve-
tatione informatione recipiendi. Quo diligenter peracto processus
Romam delatus, & causa omnis à Sacra Congregatione Ritu-
um in Contradictorio iudicio cognita & agitata est urgente
processum nomine rotius Regni Valentini Reuerendissimo P.
Ludouico Testella magistro S. Palati� atque ita demum sanctis-
simus Dominus Noster Paulus Papa huius nominis quintus
illum Beatum declarauit anno 1608.19. Aprilis, ut ex testi-
monialibus litteris subiunctis, que ex originalibus ad verbum
fideliter translatæ sunt, constat tenoris sequentis

V Niueris & singulis praesentes inspecturis, lecturis, &
auditur salutē in Domino sempiternā. Cum ob excellen-
tiam

piā & sanctitatem vita bo.me. Fr. LUDOVICI BERTRANDI
Valentini Ordinis predicatorum, atq; ob miraculorum coruscationē, quae omnipotens, & misericors Deus, præter consuetum
naturā usum eius meritis & intercessione tā dū viueret, quā
post eius felicē in Domino obdormitionē operari dignatus est,
Serenissimus Philipus Tertius Hispaniarum Rex Catholicus,
Regnū Valentie, nec non uniuersus Ordinē predicatorū Ordo sancti.
D.N. PAULO Papae V. humiliter & iteratis precibus suppli-
eauerint, ut ad cōseruandam & augendā populorū deuotionē,
qua maxima ubiq; existit, & præcipue in Corona Aragonie
erga ipsum bo.me. Fr. Ludovicum ob innumerā eius meritis
receptas à Deo gratias, quas specialiter & peculiariter ipse
met Sereniss. Rex Catholicus accepisse fatetur, Sanctitas sua
dignaretur cōcedere, vt donec dictus bo.me. Fr. LUDOVIC
CVS in sanctorū numerū referatur, B. nūcupari posse &
debeat, ac de eo veluti de B. festum celebrari, & Missa atq; Of-
ficiū recitari liceat tanquam de uno Confessore non Pontifice
in Corona Aragonie & per uniuersum Ordinē predicatorū.
Et cū idem sanctiss. D.N. negotiū hoc mature discutiendū &
examinandum ad Sacra Rituū Congregationē remiserit, in
qua processus legitime & auctoritate Apostolica confecti de
vita & sanctitate puritate fidei, ac miraculorum coruscatione eiūs-
dem bo.me. Fr. LUDOVIC præsentati fuerūt, & diligen-
ter ab illustris. & R.D. Card. Seraphino de eiusdem Congre-
gationis ordine examinati, quorū etiam compendiū siue sum-
marium per manus singulorum D.D. Card. eiusdē Congrega-
tionis transmissum fuit. Auditā tandem relatione predicti illu-
stris. & R.D. Cardinalis Seraphini de præmissis factis in ea-
dem Congregatione die decimana præsentis mensis Aprilis,
cum ex dictis processibus satis & abundantissime cōstet de pu-
ritate fidei, sanctitate vita, miraculorumq; operatione eiusdē
bo.me. Fr. LUDOVIC BERTRANDIT AVT ETIAM EVAISDEM POSSET AD A-
CTUALM CANONIZATIONEM DEUENIRI.

Eadem

Eadem Sacra Rituum Congregatio censuit (si sanctiss. D.
N. placuerit:) ut ipse Frater LUDOVICVS in posterum BE-
ATVS nuncupari possit & valeat, de q. ipso, tanquam de Beato
in Ciuitate & Regno Valentiae officium & Missa sicut de uno
Confessore non Pontifice anniversario eius obitus die a Fra-
tribus & Religiosis utriusque sexus eiusdem Ordinis licite
ac liberere citari possit & valeat. Et idem Sanctissimus D. N.
PAVLVS Papa V. audit a super premissis omnibus relatione
eidem in Consistorio secreto a nobis facta die infrascripto: an-
nuit sententiam q. Congregationis approbavit, ac indulxit &
concessit ut de Beato LUDOVICO BERTRANDO in Ciuitate
& Regno Valentiae in omnibus Monasterijs, & Ecclesiis
Fratrum, a que Monialium eiusdem Ordinis Prædicatorum
ab ipsis Fratribus & Monialibus die decimanona mësis Octo-
bris, quo die eius obitus solemnis memoria celebratur singulis
annis, Officium & Missa de communione viius Confessoris non
Pontificis secundum ritum & consuetudinem sui Ordinis re-
citari & celebrari libere & licite possit & valeat. IN QVORUM
Omnia & singulorum fidem & testimonium præsens
per infrascriptum eiusdem Congregationis Secretarium fieri
iussimus, & manu nostra propria subscripsimus, nostrisq. solatis
sigilli appensione muniri fecimus. Rom. en Palatio nostra solita-
ter residentia die vige sima prima mensis Aprilis 1608. Ponti-
ficatus vero eiusdem Sanctissimi D. N. PAVLI Duotima pro-
videntia Papae V. anno tertio.

Dominicus Episcopus Ostien. Card. Pinellus.
V. Casanova Vicarius Generalis & Offic. Valen.
I. P. Mucantius Secretarius Congregationis.

Cum praesertim littera Beatificationis B. Ludouici Berrandi concordent fide-
liter cum suo originali, siouliq; veritas relatorum de ipsius vita & miraculis no-
bis premisso diligenter examine sufficienter constet, dñnum iudicamus ut ad lau-
derem Dei, SS. suorum exaltationem, & fidelium ad fidem aeternam imprimatur &
dumulgetur.

Fr. Gisbertus Specchius, SS. Theologie Magister, in-
quisitor hereticæ prævictus, Prior Predicat. Colonia.

COLONIAE AGRIPPINAE
Typis Arnoldi Kempensis.
ANNO M. DC. IX.



COLONIAE VENETIENSIS
TALIS Auctoritate
ANNO M D C 42





